

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira ae  
cum fonte primo

Quociens ira animum inuadit, mentem  
edoma, uince te ipsum; differ tempus  
furoris. Cum tranquilla mens  
fuerit, fac quod placet.

Gregorius in moralibus.

Sed quia omnipotente Deo largiente  
idonea est uestra sapientia et rationes  
uigilanter ac subtiliter exquirere et  
Creatoris uobis iudicium per  
mansuetudinem placare,  
quociens ira animum inuadit, mentem  
edoma, uince te ipsum. Differ tempus  
furoris. Cum tranquilla mens  
fuerit, quod placet iudica.

Gregorius Magnus, *Registrum*  
*epistularum*, 11, 4 (CCSL 140A, D.  
Norberg ed., p.864, ll.63-67).